

Georg Rudolph Böhrer

**D. Georgivs Rvdolphvs Boehmervs Facvltatis Medicae Wittebergensis H. T. Decanvs Dissertationem Inavgvralem ... H. L. Q. C. Habendam Indicit Et De Foliis arborum deciduis ... Praemisit**

## **Spec. II**

[Erscheinungsort nicht ermittelbar]: [Verlag nicht ermittelbar], [1797]

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863344623>**

Band (Druck) Freier  Zugang






J. Roepke.

Roepke.

Bachmer de foliis deciduis.


Mai 1797.



Nc = 5915. 1. 2. 3.

Caps. Nc. 6







*J. Roepert*

D. GEORGIVS RVDOLPHVS  
BOEHMERVS

FACVLTATIS MEDICAE WITTEBERGENSIS

H. T.

EX - DECANVS

DISSERTATIONEM INAUGVRALEM

DIE IV. MENS. MAII A. R. S. MDCCIIIC.

H. L. Q. C.

H A B E N D A M

I N D I C I T

E T

*De Foliis arborum deciduis*

SPEC. II.

F R A E M I S I T.

*Nc - 5915.2. Caps. Nc. 6.*



D. GEORGIVS RVDOLPHVS  
BOEHMERVS

ACADEMIAE MEDICAE WITTEBORGENSIS

M.D.

EX DECANVS

DISSELTATIONEM IN AVGVRALEM

DE VITAE MANTIS AETERNITATE

M.D.C.

ALEXANDER

PHYSICVS

ET

DE VITAE MANTIS AETERNITATE

PHYSICVS

PHYSICVS

Ms. 2p12.2. Corp. No. 6.



De naturali, viridi scilicet, foliorum colore causisque cur eadem  
autumno decidant, priori specimime egimus. Dum autem  
nexus foliorum cum caule soluitur, alia simul in iisdem euenit  
mutatio; rarissime enim pristinum viridem colorem retinent, vt  
quidem in Persica, Fraxino, Sambuco nigra obseruamus, plerumque  
potius alium atque varium adsumunt, ita in singulis speciebus con-  
stantem, vt ille ad species discernendas et affinitates plantarum con-  
firmandas commode adhiberi posset, monente MURRAY, p. 117.  
Non solum vero color adscititius constans obseruatur, sed etiam eius  
quasi initium et finis; plerumque enim superficies superior primum,  
postea inferior mutatur, margo quoque citius alienum colorem ad-  
sumit, quam pars media. Color maxime adfuetus est flauus, vt in  
Tilia, Pyro, Ceraso, Hypocastano, Iuglande, Ulmo aliisque obser-  
uamus; praeter hanc sequentes coloris quasi species constituit MURRAY  
pag. 120. Rubicundo flauus est in Pruno spinosa, Berberi laete rubi-  
cundus, in Rhoë coriaria, Toxicodendro, obscure ruber, in Evonymo  
europaeo, Corno sanguinea, fuscus in opulo; fusco ruber in Vua cri-  
spa, fusco coeruleus in Lonicera Caprifolium, variegatus in Viburno,  
Lantana.





Quaenam autem sit harum in colore deciduorum foliorum mutationum causa, longe difficilius eruitur, quam illa, quae viridem eorum colorem efficit, praecipue cum in illis non vnus semper, sed admodum varius deprehendatur. LINNAEVS quidem Amoenit. Vol. IV. p. 374. ab acido rubrum, ab amaro luteum et a dulci album deriuare, et hinc quoque in Phil. Bot. p. 286. ex diuerso colore vires plantarum, e. gr. ex colore pallido inspidam, ex viridi crudam, ex nigro ingratam, ex rubro acidam virtutem, deducere voluit, quod vero in vniuersum assumi nullo modo potest; neque BECKERI theoria, qua foliorum sub autumno decidentium rubedinem ab acido derivare voluit, applausum merebitur; assumit enim Ille acidum durante calore aestiuo exhalare, hinc aestate ruborem producere non posse, frigidiori autem autumnali aëre constrictis vegetabilium poris magnam huius acidi rubefacientis quantitatem retineri. Vid. Eiusd. diff. Experimenta circa mutationem colorum vegetabilium a corporibus salinis, Gött. 1779. p. 51. Cognitum quidem est, vti et BECKERVS multis experimentis confirmavit, tincturam florum coeruleorum ab affuso acido rubicundum admittere colorem, addito autem Alumine pristinum redire. Saepe autem haec experimenta nos fallunt, neque, si etiam certa essent, ad rubrum foliorum cadentium colorem explicandum applicari possunt. Nondum enim per experimenta liquet, haec folia sola, non vero alia, alio colore tincta, acidum continere. Quid de rubro luteoque colore mixto, qualem in multis cadentibus videmus, statuendum? estne in illis acidum cum amaro iunctum, et quomodo diuersum hoc principium seorsum in vno folio existit?

Eadem



Eadem etiam folia non semper eundem seruant colorem, e. gr. Pyri et Mali viridia Septembri mense primum flauum, paulo post dilute rubicundum, deinde saturate rubrum et tandem fere nigrum ostendunt. Acidum per foliorum poros auolare aestate, gratis quoque assumitur, existunt namque et hoc tempore plantae rubedine praeditae, superius iam notatae; aliaeque rubedine ex accidentali causa praeditae, quarum exempla adduxit GLEDITSCHIVS, in *Schriften der Berlin. naturf. Freunde* Vol. IV. p. 203. Quo loco etiam fufius egit de Angelica syluestri in omni superficie rubro colore tincta. Neque sufficiens esse videtur ratio, a GEOFFROI proposita, scilicet viridem colorem dependere ab oleo cum salibus volatibus mixto, in foliis autem, dum decidunt, succum acidam admittere indolem, hancque destruere alcali residuum, ideoque etiam perire viridem colorem, atque remanere sulphur, a quo ruber color nascitur. Vid. *Abhandl. der Pariser Acad. Uebers.* Vol. III. p. 162. Prout itaque sufficientem rubri coloris causam nondum cognitam habemus, sic etiam igneramus, a quonam principio alii colores dependeant. Generale illud fortasse esse, atque in oleo consistere, illudque, dum volatile est, viridem, dum vero auolat, et fixum modo supermanet, alienum colorem inducere, legimus in *Forstmagazin* Vol. VI. p. 123. Quicquid sit, hoc pro certo assumi poterit, ab ipsa foliorum structura, autumnali nunc tempore mutata, ideoque etiam fluidorum mixtione turbata, eiusmodi colorum mutationes oriri; quomodo autem haec in diuersis foliis contingant, explicare nullo modo possumus. Conf. LVDWIG





gii Progr. de Colore Plantarum, 1756. ed. p. 4. et de Colore Flo-  
rum, 1758. ed., nec non GLEDITSCHIVS, l. c. p. 222. seq.

Folia tam diu, quam diu plantis adhaerent, insignem et multi-  
farium ratione vegetationis vsum habere, notissima res est, an vero  
eadem, etiam a plantis separata, aliquem praestent, forte erit dubium,  
Verum de hac re agamus proxima occasione.

Nunc enim commendare debemus

VIRVM

NOBILISSIMVM ATQVE DOCTISSIMVM

IOANNEM ROHATSCH

BVDISSA-LVSATVM

MEDICINAE CANDIDATVM DIGNISSIMVM,


qui Ipse, quibus vsum sit Parentibus et qua vitae ratione, more con-  
sueto, Ipse recenset.

*A*nno 1767. Budissae lumen mundi vidi. Patri MATTHAEO ROHATSCH,  
Ciuī et incolae huius urbis, et Matri KRVSCHWIZ, cum Deo, vitam meam  
debeo. Hi optimi Parentes vix, qui, Deo fauente, adhuc viuunt, suspen-  
debant me, in schola et academia versantem, pro viribus suis. Pater me  
in Gymnasium Budissense adduxit, ubi ego sub meritissimo et iam defuncto  
Rectore ROSTIO in numerum discipulorum receptus sum. Praeter hunc  
Virum laude dignissimum et optimum, pari pietate colo Conrectorem CORE-  
RYM, quem ego, ut filius patrem, diligo. De me porro optime meritis  
est Subconrector FABERYS, qui nunc praemio pietatis suae apud beatos



in regionibus melioribus fruitur. Non minus mihi carus est Subconrector  
 DEMVTHIVS, qui tunc temporis inter praeceptores numero sextus erat,  
 Cantor PETRI, et nuperrime defunctus praeceptor RAVSENDORFIVS.  
 Anno 1784. Rectore Magnifico WENCKIO Lipsiae in numerum civium aca-  
 demicorum receptus sum. Cum cognati mei optarent, ut Theologiae stu-  
 dium sequerer, eo consilio pluribus theologicis praelectionibus interfui. Post  
 duos vero annos studium rei medicae adeo me alliciebat, ut ego, post-  
 quam iam antea praelectionibus philosophicis SEYDLITZII interfuissem, nunc  
 operam etiam darem praelectionibus medicis et philosophicis PLATNERI,  
 et mathematicis defuncti Assessoris GEHLERI. In arte botanica doctorem  
 habui POHLIVM, Seren. Elect. Saxonici a Consiliis Aulicis et Archiatrum.  
 Physicam experimentalem me docuit KVEHNIVS, Historiam naturalem ho-  
 minis, sicuti Anatomiam LVDWIGIVS et HASIVS, Physiologiam HEBEN-  
 STREITIVS, Chemiam ESCHENBACHIVS. Idem mihi quoque tradidit  
 Materiam medicam. Pathologiam, Therapiam generalem, et Clinicam  
 doctrinam, de morbis infantum et de inflammationibus debeo KRAVSIO,  
 cuius Viri, e numero viventium sublatis, memoriam nulla annorum series ex  
 mente mea delebit, cum non modo Illum habuerim doctorem experien-  
 tissimum, verum etiam mihi amicissimum. Chirurgiae elementa mihi tra-  
 didit LVDWIGIVS, et artis obstetriciae fundamenta defunctus GEHLERVS.  
 In medicina forensi doctore usus sum defuncto BOSIO. His disciplinis  
 omnibus eruditus, sors mihi felicissima euenit, ut apud Virum Experientiss.  
 DAEHNIVM, munus amanuensis acciperem. Quantum ego huic Viro de-  
 beam in omnibus tum disciplinis, tum consiliis, quanta humanitate me omni  
 tempore tractauerit, quam lubenter errores a me commissos emendauerit,  
 et






et quanta benevolentia meliora mihi tradiderit, verbis exprimi a me nullo modo potest. Publice igitur profiteor, omnia me huic Viro debere, et uti parentes meos Illum colere ac venerari. Etiam silentio non praetereundum cenfeo, Huncce Virum praestantissimum me docuisse sequentes disciplinas, nimirum doctrinam de morbis venericis, de morbis artificum, de morbis femum, materiam medicam selectam, cum examinatorio coniunctam, et denique doctrinam de salibus.


Absoluto studiorum cursu Ordinem Nostrum adiit et ab Illo decenter petiit, ut in Candidatorum numerum reciperetur. Impetravit veniam et admissus est ad examen consuetum. In quo vero, cum bene respondisset ad quaestiones Ipsi propositas, dignus habitus est, cui via ad Cathedram summosque in Medicina Honores operiretur. Itaque, ut hanc ipsam prosequeretur, proprio Marte conscripsit Dissertationem *de Errore humorum*, quam die IV. Mens. Maii, Praeside Excellentissimo D. KREYSIGIO, Pathol. et Chirurg. Prof. Vicar. publice defendere sibi proposuit, quo facto, Doctoris in Arte nostra gradu condecorabitur. Cui solennitati, ut adsint, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMITES ILLUSTRISSIMI, PROCERES GRAVISSIMI, COMMILITONES GENEROSISSIMI, NOBILISSIMI, eamque sua praesentia splendidiorem reddant, omni humanitate rogo.














IOSEPHVS LYDOVICVS SCHMIDL, natus sum Dresdae anno 1772, parentibus adhuc, quod inter summa Dei beneficia numero, videntur nimirum IOSEPHO SCHMIDL, qui Celsissimo Principi Saxon. ANTONIO AERII cubiculariis est, et THERESIA, e gente BAUMGARTENIANA. 81. Pater me misit in Gymnasium Brixiense in Bohemia. Quae ibi consumpto, scholas Dresdanas frequentavi. Anno 1793. Wurzeudia altiora, imprimis medica, tractare incepti, ibique audiui Philo- apud Excell. REVSS, lectiones Mathematicas apud Excell. SCHWABE; apud Excell. EGEL; in Medicina autem usus sum doctoribus se- us, nimirum Illustr. SIEBOLD, Patre a Consiliis aulicis Princip. sui, anatomiam theoreticam et practicam me docuit, ducente simul HES- CHIO. Profect. Exper. b. SENFT, Vir mihi semper venerandus, addidit Physiologiam, Pathologiam, Semioticam, Therapiam gene- Chemicas lectiones debeo Exper. PICKEL, Pathologiam GVTBER- Medic. legalem, et HEILMANNO cognitionem Rei herbariae et Ma- medicae. Praecepta chirurgica audiui ab Illustr. SIEBOLD. Patr. que notitiam mihi colligerem medicinae militaris frequentavi Nosoco- strensia Exercit. Saxonico. ann. 1795. ubi Dumuirii, Experientissimi castrenses Dr. RASCHIG et PESCHECK, commodissimam mihi luben- erunt occasionem laudes suas in praxi militari partas admirandi. autem castrensis Dresdam me mox relegavit, ubi in studiis continuuan- patum me tenuerunt lectiones Obstetriciae Du. WEISSII, Anatomicae HAEHNELII, et Dexterrimi Professoris HEDENII. Anno 1796. abii, ubi Viri Illustr. atque a Cons. aulic. LODERVS, STARCKIVS, PELANDVS theoreticam ac practicam Medicinam mihi proposuerunt,

pro



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE283 Serial No. 011